Petrus <de Tossignano>; Antonius Guainerius: Medizinischer Sammelband

Italien, Mitte 15. Jh. Seite 92r



cum operatione fetus in suo motu facilius re
uoluetur et descendet Et si contingeret
eius caput ymo corpus totum esse maius.
quam orificium matricis utrumque tunc oportet
ante motum infusionis et in tempore illo cum oleo a
migdalarum dulcium. et pinguedinis anatis. in qua
dissolutis cum duobus granis croci uel uno
musci commixtis ad inuicem quod intus in vul
ua et extra fieret quemadmodum in unctione ut utrum
que matricis orificium extensibilius esset Et
factis operationibus iam predictis uel dum fiunt
tunc modicum pulueris elebori naribus in
sufflati prouocetur ipsius sternutatio et
facile pariet et feliciter // Pro declara
tione uero 3e intelligendum quod nulla nascendi
figura securior et melior esse potest quam
quando fetus cum suo capite reuoluitur ad
inferius et est primum membrorum quod extra uul
ua educatur et consequenter humeri eius et
brachia et spine equaliter extra educuntur
cum protensione eorum versus coxas ita quod ul
timum membrorum quod in natiuitate educitur sint
pedes et prope ambo. Et ex hoc fundamen
to facile intelligi potest quod omnis nascendi fi
gura preter illam que nunc dicta est preter natura
lis est et mortis ut in pluribus significatiua
uel saltem excellentis tedii et debili
tatis in infante longo tempore perseuerantis. Ita
quod plurimum contingit per eodem nascentis post
eius natiuitatem esse breuissimam propter vari
as preternaturales nascendi figuras Et quandoque
contingit infantem spatulas ante uuluam
presentare Aut humerum alterum et significat
incompletam eius reuolutionem que contingit propter
debilitatem ipsius Aut propter malam figuram
parientis Aut imperitiam obstetricis ut
iam dictum est Si igitur primus ad orificium
vulue apparuerit manus aut pes genu
cubitus uel humerus Tunc oportet obstetricem
paratam esse ita ut membrum istud intus impellat
Et figuret figuram naturalem modo pariendi
que iam dicta est in infante. naturaliter pari
ente situaliter contraria est manui obste
tricis. et ita de pedibus dicendum est quod oportet
mulierem intelligere dextram partem infantis fi
eri sinistram uero ipsius obstetricis Quare
oportet ut membra illa ad sua loca conducat ma

nibus leuissime pertractando inunctis
ut iam dictum est Et siquidem manus in uul
uam intromittit aut non potest intromittere propter
eius angustiam aut mulier recusaret tunc
fiat instrumentum ligneum sindone uel lineis
pannis inuolutum et inunctum ut superius
tactum est in uuluam imponatur impellendo fetus.
aut partes eius ad loca sua sic oportet deinde ex
terius manibus appositis loco ubi uidetur actu
inuolatus fetus ad oppositum suauissime
contractando impellatur ut naturali figura
pariendi situetur aliter enim oportet ut nimio moue
atur Aut saltem pessima in eo dispositio ac
quiratur nisi cum suauitate mouendi
et operatione festina accelerentur eius nati
tas uel exitus. Ex quo facile intelligenti con
cluditur quod maximum sit discrimen in feliciando
natiuitatem hominis propter imperitiam obstetricum et
assistentium. Aut uero nunc ultra indulgendo pro
lixitati sermonum licet multa hic expedirent
dicere postquam infans exiuit in lucem conside
randum est an egritudinem complexionalem acce
perit in tempore sui exitus per distractionem et agita
tionem nimiam in nascendo uel ab imperitis mulieribus
administratam. Si itaque in eo appareat ca
lidi lapsus complexionalis signa parum primo
regenda est mulier alterantibus sanguinem eius
et lac disponentibus ad alterationem Et utatur
lactuca. portulaca. bleta. spinachia.
iusculo ordei et similibus cum emulsione
seminum communium frigidorum preparatorum et purgetur eius uen
tris leniendo cum decoctione uel emulsione
violarum tamarindorum sebesten et cassiafistule.
// Infanti uero administretur epithima
ta lapsus calidi correctiua que superius scrip
ta fuerunt Si uero lapsum frigidum in infante
comprehenderemus eius nutricis complexionem per
mutare debemus cum leuiter calefacien
tibus sanguinem mundificantibus et lac
rectificantibus de quorum numero sunt fenicu
lus. petrosellinum. bauca. menta. serpillum
brodium caulis. et brodia alia laudabilium
carnium Et uinum album subtile aroma
ticum mediocris uinositatis. Et uentrem
ipsius mundificare cum infusione aga
rici in aquam feni facta cum puluere liq
uiricie aut cum odore uel virtute tartari

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1217/0200
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG